



21  
Bl. 89





*Presay 743*

31

EPICEDIA  
IN  
BEATISSIMVM OBITVM  
VIRI  
ADMODVM REVERENDI ET DOCTISSIMI  
DOMINI  
IEREMIAE PILA-  
RIKII,

OLIM CARPONIENSIVM IN HVNGARIA, POSTEA  
VERO, PERACTO SEXENNALI EXILIO, SVLDORPIENSIS  
IN DVCATV MAGDEBVRGICO PASTORIS  
FIDELISSIMI,

QVAE,

QVVM IPSIVS EXVVIAE

DIE IV. ANTE IDVS IVNII ANNO MDCCVIII  
TERRAE MANDARENTVR,

EX ACADEMIA HALLENSI  
TRANSMISSA SVNT.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
Litteris STEPHANI ORBANI, Acad. Typ.





Er varios casus, quos commemorare solebat

Multa mala expertus; per tot discrimina rerum

Tollitur in coelum Senior PILARIKI-  
VS; ortum

Pannoniæ primum, & pariter bona plurima, debens,  
Hæc Pilarikiadas, sub longis nota Sioni  
Nomina temporibus, verbum cœleste docentes,  
Protulit insigni numero: pars nunc quoque coetus  
Ingentes animarum æterno numine in ipsa  
Hungaria pascunt, pars olim ob sancta Lutheri  
Dogmata sunt patria pulsi, sedemque quietam  
Nacti in Saxonis, nec non noua pulpita, terris.  
Quos inter Pater ille tuus, quem flemus, Amice!  
Dilecta cum Matre tua, perductus ad Albim;  
Mox Suldorpenfes ceu Pastor adire Salinas  
Iussus, iis Verbo ter denos præfuit annos.  
Iam tecum doleo, postquam te Fata Parenti  
Publico in officio junctum voluere, quod ejus  
Præsidio citius priveris: gratulor illi,  
Quandoquidem ipse, fruens Simeonis pace, cathedræ  
Te successorem, & Matri solaminis instar,  
Linquere se vidit, Christo Fideique fidelem.

Quod



Quod superest, imple, nulli virtute secundus,  
Imple post Dominum vestigia, † quæ tibi Christus  
Et verbo & vita monstrat, patriæquetuorum  
Pannoniæ fidis precibus servire, memento!

† Num. XIV, 24. Josu. XIV, 9.

IOACH. IVSTVS BREITHAVPT,

S. Th. D. & P. P. Sem. Th. & Sacror. Hillersl. Dir. Prap. &  
Præl. C. B. V. Magd. Confil. Conflit. & Gen. Su-  
perint. Duc. Magd. Insp. Pr. Dioec. Sal.

**S**ic bene, post duros vitæ variosque labores  
Qui Domino moritur, fata suprema subit.  
Exul erat Noster, patriam mutare coactus;  
Fidus Suldorffi postea Pastor erat.  
Sed quoniam cœli quærenda est patria, rursus  
Hinc abiit, dicens: Hospita terra, vale!

Honoris & solatii causa in Acad.  
Frideric. scribeb.

IO. HENR. MICHAELIS, P. P.

Pfal. IV, 4.

Der **HERR** führet seine Heiligen wunderbarlich.

**D**IEE führet iederzeit die Seinen wunderbarlich/  
Wie es ja ihnen selbst und andern Menschen scheint.  
Er führet durch Kreuz und Leyd: ein jeder wundert sich/  
Und dencket offte nicht/ daß es noch gut gemeinet.  
Doch bleibts nicht immer so. Ist eine Prüfung aus/  
Und man hat sich darbey getreu erfinden lassen;  
So wird das Herz darauf auch in das Freuden-Haus  
Geführet/ und getränck't mit Wollust ohne massen.  
Bald kehrt sich wieder um: und **G**OTT/ der wechselt so/  
Wie Er es unserm Heyl für gut und wohl erkennet.  
Bald wird das Herz gedruckt: bald wird es wieder froh:  
Kurz: **G**OTT führt wunderbarlich die/ so Er seine nennet.  
So ist **H**err Pilaric, ein Knecht des **H**Ern geführt.  
Wie wunderbarlich ihm in dieser Welt ergangen!  
In Ungarn war Er erst mit Priester-Schmuck geziert/  
Darbey **I**hn aber gleich die Feinde hefftig drangen.

Ja



Ja ins Exilium mußt Er noch endlich gehn/  
Und also einge Jahr in vielem Kummer schweben.  
Doch blieb Er treu und fest in diesem Creuz bestehn:  
Und G<sup>o</sup>tt hieß Ihm darauf ein' andre Heerde geben.  
In Suldorff hat Er nun den Berg des H<sup>o</sup>ern gebaut/  
So lange biß Ihn G<sup>o</sup>tt aus dieser Welt genommen.  
Er hat das wohl verricht / was G<sup>o</sup>tt Ihm anvertraut /  
Und ist nun durch den Tod zur Seligkeit gekommen.

So wolte seines wehret-geschägten Herren Schwagers wunderbare / doch weise Führungen G<sup>o</sup>ttes / vorstellen und preisen

**Dudolph Christoph Deichmann**  
Diac. St. Laurent. auf dem Neumarkt an Halle.

**V**ivas, vt vivas, vivas per fecula multa,  
Tandem iter incedis, terram quod ducit ad imam:  
Hæc meta est semper, seu paucos seu bene multos  
Annos quis numeret. Tetigisti, Diue Minister,  
Tu metam rectam, patet hinc tibi ianua cœli.  
Non vbi dira fames, vbi non fitis vlla superstes,  
Sed mentis requies, exhaustorumque laborum  
Præmia sunt nunquam exhausta, & plena omnia laudis  
Perpetuæ, Triadis summæ reuerentia summa.  
Nos sequimur, nusquam immemores, ea fata manere  
Tempore quemque suo, cœlesti patre iubente.  
Nam rapimur, sensim morimur, mutamur in horas:  
Omnia mors tollit, nulla est res invia morti,  
Omnia habet sub se, iuuenesque senesque trucidat.  
Hinc ego, quod nobis tristi sis funere ademtus,  
O! PILARIKE, tuis decus & solamen in omni  
Fortuna, ac ovium Pastor peramate tuarum,  
Amplius haud querar, aut gemitus e pectore fundam  
Complures. Qui sic oculos, sua lumina clausit  
In Domino, liber cunctis iacet ille periculis.

Ita obitum beatum Dn. Affois sui honoratissimi moestus prosequitur

**CHRISTIANVS BREITHAVPT,**  
S. Th. Sr.

† † †

Ung VI 4

(x 2743293)



U 17  
U 18









*Pyrasay 743*

EPICEDIA  
 IN  
 BEATISSIMVM OBITVM  
 VIRI  
 ADMODVM REVERENDI ET DOCTISSIMI  
 DOMINI  
 IEREMIAE PILA-  
 RIKII,

OLIM CARPONIENSIVM IN HVNGARIA, POSTEA  
 VERO, PERACTO SEXENNALI EXILIO, SVLDORPIENSIS  
 IN DVCATV MAGDEBVRGICO PASTORIS  
 FIDELISSIMI,

QVAE,  
 QVVM IPSIVS EXVVIAE  
 DIE IV. ANTE IDVS IVNII ANNO MDCCVIII  
 TERRAE MANDARENTVR,  
 EX ACADEMIA HALLENSI  
 TRANSMISSA SVNT.

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
 Litteris STEPHANI ORBANI, Acad. Typ.

...ens, Freund/  
 ...schmerzen,  
 ...vri Rath/  
 ...s Blath  
 ...Geerbrten Zern Sabens  
 ...ntem Gemüthe mit hinyu  
 ...s Andencken bey Shime  
 ...mmendigen  
 NAV, Berolffadio, Silac

